

eodem non habentes, quæ sibi propria auferentur: pan-  
nos vero si ullos habeant, capiat eos dominus, & à se  
illos abijciat: quando Sancti convitiuntur, isti, & præ-  
cedentes penas suprascriptas pro mediocritate patientur.  
Qui tertio loco collocantur, Deum ac ejus immaculatam  
parentem mal edicentibus omnium suorum bonorum  
partem, tertie, & medietatis privatione erit sup-  
plicium: nulla emendatione consequuta, exilabuntur  
de illis autem loquendo ulla bona hant possidentibus re-  
cognoscatur infra *lex 4. tit. 28. p. 7. vers. B. si fuerit*:  
Astruuntur præcitata *ex legibus 1. 2. 3. & 4. ejusd. tit.*  
& *part. De imprecationibus hætenus.*

Verumtamen ubi in facto, non in verbis vituperationes  
& execrationes comperiuntur, omnibus pena, quæ  
supra in tertio excessum committentes præfinitur, im-  
ponitur: sed divitiis aut bonis carentes si fuerint rem hanc  
nefarium contrahentes, est eis manus abscondenda: in  
celum sputum, aut salivam efficientes, januas ecclesie,  
vel ejus parietes percutientes, eandem sustinebunt vin-  
dictam, quæ manet explicita, atque in eos qui verbis ite-  
rum convitiunt demonstrant, determinata: *leg. 5. ejusd.*  
*tit. & part. Tandem Judei & Saraceni in prædictis ex-*  
*cedentes secundum voluntatem regiam pro ejus arbitrio*  
*corporalem seu pecuniariam penam subibunt: leg. 6.*  
*ejusd. tit. & part. Antea verò decem marapedina pro quolibet*  
*excessu exigebantur, centumque verberibus puni-*  
*bantur: leg. 3. tit. 2. lib. 4. For. Reg.*

Per *leg. 1. tit. 8. lib. 8. Ord. Reg. animadversiones*  
*in leg. part. constituitur fulciuntur, & eas in effectum*  
*perducendas esse præcipitur: per 2. ejusd. tit. & lib. præ-*  
*ter stabilitatem, in curia qui blasphemiam commiserit,*  
*flagellis, ac lingua abscondione venit puniendus: extra-*  
*eam eadem abscondione, & bonorum suorum medietatis*  
*amissione plectebatur: nunquam, etsi esset sollicitata,*  
*venia delinquentibus erat concedenda: præcedentia, re-*  
*gibus D.D. Joanne I. pronepotique ejus Henrico IV. as-*  
*piciuntur determinata: idem per leg. 1. & 2. tit. 4. lib. 8.*  
*Recop. Castell. stat. præceptum.*

Quæ postremò decreta reperiuntur, in add. hisp. huic  
verbo supposita patefunt. Jam equidem nihil superest,  
ut super hujus naturæ flagitiis supplicia in conspectu ha-  
beantur. *Vid. etiam verb. Juramentum, vers. Adversus:*  
*& verb. Testis, vers. Tertium: in add. hisp.*

Errori ne forsan detur occasio, eo quod, D.D. Joanne  
I. regnante, supra asseritur, omnes debere legibus  
Parit. obtemperare: dubiteturque ex quo tempore hoc  
legislativum corpus efformari, finiri, ac vires sumere in-  
cepit: ut addition. noviss. *verb. Etas, vers. Per leges:*  
*pag. 72. verb. Appellatio, vers. Ubi discrimen:* atque  
alitis in locis major sit claritas, & morsus quilibet, ex in-  
sertis præsertim *pag. 72. profluens dissolvatur, ad lite-*  
*ram declarata detegatur.*

Non deficit aliquis D.D. Ferdinandus (in Divos re-  
latum) Legionensis regni III. Castellæ II. Partitæ leges  
ordinasse asserens: sic P. M. Flores in sua clavi histo-  
riali recul. XIII. D. Gonzalo de Illescas in sua pontificia  
historia lib. 5. contrarium refert, sed convenit nostris le-  
gibus. Quidquid isti, ac ceteri scriptores expriment, ne  
animus à re proposita digrediat, utpote legibus volun-  
tas nostra omnino subijci debet, in memoriam sunt revo-  
canda, in prologo septem Partit. ac *leg. 3. tit. 1. Recop.*  
*Cart. ceteris insuperhabitis, prælo regia auctoritate*  
*commissa.*

Postquam D. D. Ferdinandus tertio Kalendas Junii  
anno Domini M.CC.LII. spiritum Deo reddidit, regni  
gubernacula filius ejus D.D. Alfonsus Legionis X. Cas-  
tellæ IV. assumpsit: nec multo post sibi hæc volumina  
conficere in mentem venit: apertis aliisque rationibus,  
quibus ad eorum efformationem tenebatur, inter alias ex-  
pressionem merentes, à Sancto Rege, Patre suo, adimple-  
re hoc opus cupide desiderante, in hunc finem fuisse præ-  
ceptum impositum, declaravit: ideo nono Kalendas Julii  
post quatuor annorum, trium & viginti dierum spatium  
ab eo tempore, quo, ut supra notatur, hanc cepit domi-  
nationem moderari, scilicet Æra Incarnationis M.CC.LII.  
an. Roman. & CLII. diebus, tantum ponderis negotio  
prima fuere iacta fundamenta: ex tuncque perfec-

tionem, septennio transacto, obtinuit.

*Lex 13. D.D. Alfonsus Æra M.CCC.LXXXVI. (an-*  
*no M.CCC.XLVIII) per consequens hujus nominis XI.*  
*præcedentis pronepotem, compluit legem quamdam, cu-*  
*jus objectum litium & causarum erat decisio, publicare*  
*mandasse præscribit: in ea equidem, legum aliquarum*  
*ad idem tendentium relatione facta, præcipit, ut omnes*  
*controversie, quæ terminari per præenarrata stabilimen-*  
*ta haud potuissent, finem per leges Septem Part. à Pro-*  
*avo suo ordinari jussas, consequantur, quamquam hu-*  
*cusque non apparet, esse promulgatas, nec pro legibus*  
*receptas, de cetero earum observantiam in omnibus, in*  
*ipsis contentis, & iuribus primo numeratis, non contra-*  
*riis, commendando: cujus quidem legis, à DD. Alfon-*  
*so promulgari demandate, ut suum effectum sortiretur,*  
*nec ejus immineatur auctoritas, harum ditionum prin-*  
*cipatum regibus D. D. Ferdinandus, I. Iberie V. & D. D.*  
*Joanna, & ejus filia, ac conjugis sue D. D. Elisabethæ,*  
*(per antonomasiam Catholicorum, vid. Breve S. D. Leo-*  
*nis X. verb. Forum, incip. Pacificus: in add. hisp.) fi-*  
*lie D. D. Joannis II. Sororis D. D. Enrici IV. gerentibus,*  
*iterata fuit publicatio: & postquam de verbo ad verbum*  
*omnia, regnante prædicto D. D. Alfonso, decreta recen-*  
*sentur, eandem determinationem in ipsomet Part. co-*  
*dice extensam, tamquam ab eodem, Progenitore suo*  
*conditam, sit mentio.*

Præcedens assertum, ex dicto prologo, & *leg. 3. or-*  
*tum ducit, nequit jam dubia cogitatione procedi: scrip-*  
*toribus non præsterit, ut obedientia legibus scripto-*  
*rum quis erit qui, his attente perfectis, ad numerum*  
*non conveniat, ac bene rationem subducatur? Tempus,*  
*quo inceptum, & conclusum hoc opus advertitur, adest*  
*ætas, qua observari fuit præscriptum, aspiciunt: qua-*  
*propter calculus pag. 72. inversus facile comprehenditur,*  
*atque erit procul omnia ambiguitas. (Circa exposita n. 32.*  
*ad 34. vid. etiam verb. Forum).*

## BONA ECCLESIASTICA.

### ARTICULUS I.

Bona ecclesiastica quoad alienationem, locationem, oc-  
cupationem, seu usurpationem.

### SUMMARY.

- Bona ecclesiastica sine justa causa, & debita solem-*  
*nitate alienari non possunt.*
- Quæ autem veniant nomine bonorum ecclesiasticorum,*  
*quæ sint justæ causæ alienandi, & quæ requirantur*  
*solemnitates, remissive.*
- Bona ecclesiastica jam incorporata alienari non pos-*  
*sunt sine requisitis solemnitatibus, quævis sint ec-*  
*clesiæ ita relicta, ut possint pro libito sine solemni-*  
*tatibus alienari.*
- Bona tamen nondum incorporata relicta ecclesiæ sub*  
*expressa conditione, ut vendantur ad aliquem deter-*  
*minatum effectum, tunc ante incorporationem pos-*  
*sunt alienari sine solemnitatibus, ut sic adimplea-*  
*tur mens testatoris.*
- Et à fortiori existente præcepto testatoris, ut bona*  
*certa, & determinata vendantur, & solvantur de-*  
*bita, non requiruntur beneplacitum apostolicum.*
- Post incorporationem, & non existente dicto præcepto*  
*testatoris, seu etiam existente, sed solum genera-*  
*liter, ut bona vendantur, & non specialiter, ut cer-*  
*ta, & determinata bona vendantur, requiritur bene-*  
*placitum apostolicum pro alienatione certorum, &*  
*determinatorum bonorum.*
- Hinc ecclesiæ hæres debitoris in secutis tot, nequit*  
*assignare pro credito certum, & determinatum*  
*fundum sine beneplacito apostolico, non existente*  
*præcepto testatoris de tali certo, & determinato fun-*  
*do assignando.*
- Sine beneplacito apostolico alienari possunt bona im-*  
*mobilia relicta monasterio, seu ecclesiæ incapaci*

*ea retinendi. Vide tamen verb. Syndicus Apostoli-*  
*cus, ad num. 8.*

- Bona ecclesiastica sine beneplacito apostolico possunt*  
*locari solummodo ad triennium.*
- Hoc triennium debet intelligi de tribus annis fructi-*  
*feris.*
- Locatio autem rei fructificantis singulis annis ad se-*  
*xennium v. gr. aut ad novennium simpliciter, &*  
*indivisibiliter est nulla, & invalida etiam pro primo*  
*triennio.*
- Si vero locatio fiat ad sexennium, aut novennium di-*  
*visibiliter ad primum, & secundum, aut tertium*  
*triennium, ut uno triennio elapso, semper liberi re-*  
*mancant contrahentes, tunc valet, & tenet locatio*  
*pro primo triennio.*
- Bona ecclesiastica occupantes, seu usurpantes qui-*  
*cunque sint, incurrunt excommunicationem ipso fac-*  
*to, Papa reservata, ad n. 15.*
- Persona eandem incurrentes, ad n. 27.*
- Quando excommunicatio usurpantes bona ecclesiastica*  
*non comprehendit, ad n. 33.*
- Auctoritas supplementa subnequitur, ad n. 42.*
- Novæ Additiones ex aliena manu, ad n. 62.*

**B**ona Ecclesiastica sine iusta causa, & debita solemni-  
tate alienari non possunt, *cap. Apostolicus 13. cap. Sine*  
*exceptione 52. caus. 12. q. 2. cap. Cum laicis 12. de rebus ec-*  
*cles. non alienand. Clement. 1. cod. tit. extrag. Ambitiosæ*  
*ead. tit. inter Communes, Trident. sess. 25. cap. 11. de re-*  
*form. Quæ autem veniant nomine bonorum ecclesiasticorum,*  
*quæ sint justæ causæ alienandi & quæ requirantur*  
*solemnitates: Vide verb. Alienare, ubi late per tot.*

Bona ecclesiastica jam incorporata alienari non pos-  
sunt sine requisitis solemnitatibus, quævis sint ecclesiæ  
ita relicta, & donata, ut possint pro libito sine solemnita-  
tibus alienari, quia cum res legata ecclesiæ, statim tes-  
tatore defuncto, efficiatur ecclesiastica ministerio legis,  
dispositio hominis non potest constitutionem canonum  
immutare. *Gloss. in cap. Tua nobis verb. Interdicti de*  
*testam. Cortad. prax. dispens. lib. 9. cap. 7. n. 15. ubi sic*  
*præcisè habet: "Advertendum est tamen, quod sub Pon-*  
*tificatu Urbani VIII. magna desuper orta fuit contro-*  
*versia: nam ita ferente casu post multa hinc inde de-*  
*ducta coram bonæ memoriæ Egidio Ursino Datarlo, à*  
*pluribus Advocatis infirmantibus, re etiam ad ipsum*  
*Urbanum delata, fuit resolutum negative, nempe pro-*  
*hibitionem alienationis rerum ecclesiæ locum sibi vin-*  
*dicare etiam in casu, quo res ita donatur, vel legatur*  
*ecclesiæ, ut possit alienari sine solemnitatibus, quia*  
*nihilominus illæ requiruntur, non obstante dicta vo-*  
*luntate, quæ tamquam illicita servanda non est."*  
Et sic tenent Quaranta, Barbosa, Donat. Passerini, Dia-  
na, Monacell. & alii jam citati sub *verb. Alienare art. 5.*  
*per tot. Vid. ibi, & Cardin. Petram tom. 1. Comment. ad*  
*constitut. 1. Divi Leonis Magni sect. 4. d. num. 45. &*  
*tom. 5. Comment. ad constit. 5. Pauli II. sect. 2. per tot.*  
ubi suo more egregie multa habet ad rem.

Bona tamen nondum incorporata relicta ecclesiæ sub  
expressa conditione, ut vendantur ad aliquem determina-  
tum effectum, v. g. ut ex illorum pretio emanent calices,  
candelabra argentea, vel lampades, aut alia ad Dei cul-  
tum, vel ut dotentur virginæ, & similia, tunc ante in-  
corporationem possunt alienari sine solemnitatibus, ut sic  
adimpleatur mens testatoris. Et à fortiori existente præ-  
cepto testatoris, ut bona certa, & determinata vendantur,  
& solvantur debita, non requiritur beneplacitum apostoli-  
cum, quia non sunt ecclesiastica, nisi deducto ære alle-  
no, & fuerint acquisita dicta lege. Est communis, & sic  
declaravit Sac. Congr. Episc. & Regul. in *Imolens. 5. Fe-*  
*bruar. 1602. Bona ecclesiæ non incorporata possunt aliena-*  
*ri sine solemnitate ad solvendum ex alienatione testatoris. Post*  
*incorporationem autem, & non existente dicto præcepto*  
*testatoris, seu etiam existente, sed solum generaliter, ut*  
*bona vendantur, & non specialiter, ut certa, & determi-*  
*nata bona vendantur, requiritur beneplacitum apostoli-*  
*cum pro alienatione certorum, & determinatorum bono-*  
*rum: Et ratio est, quia ecclesiæ potest ladi in venditione*

horum potius, quàm aliorum bonorum, propter quàm ra-  
tionem non potest a pari tutor alienare bona papilli hæ-  
redis pro solvendis debitis testatoris sine solemnitatibus  
licet ipse testator mandaverit debita solvi, ut bene Sured.  
*deci. 77. n. 2. Gratian. deci. Marchie 131. n. 4. quia in-*  
*telligi debet, ut fiat servatis servandis, ut ex verbis textus*  
*l. 1. ff. de rebus eorum, Gratian. loc. cit. n. 5. & ut non re-*  
*quirantur solemnitates, necesse est ut testator mandave-*  
*rit alienari certam, & determinatam rem pro debitis sol-*  
*vendis; nam si facultas fuerit generalis, & indetermina-*  
*ta, requiruntur solemnitates, quia potius in una, quàm*  
*altera re vendenda, potest dari lesio, ut bene Gratian. 7.*  
*ci. n. 7. & 8. Sured. cons. 151. n. 18. vers. Ex his, & deci.*  
*n. 2. & seq. Petra loc. cit. n. 58. & Rota part. 12. recent.*  
*dec. 355. & part. 19. tom. 2. dec. 579. n. 27. & 28. Hinc*  
*ecclesiæ hæres debitoris in secutis tot, nequit assignare*  
*pro credito certum, & determinatum fundum sine benepl-*  
*cito apostolico, non existente præcepto testatoris de tali*  
*certo, & determinato fundo assignando, quia potest ec-*  
*clesiæ ladi, vel in assignatione, vel circa pretium, unde*  
*in simili casu Sac. Congr. Concil. in una Policaren. 5.*  
*Jul. 1681. ad dubium: "An ecclesiæ, seu capellæ possit*  
*posse beneplacito apostolico ad hujusmodi assignatio-*  
*nem devenire? respondit negative, seu Episcopus ab-*  
*solvat, & convaldet contractum: quia aderat utilitas."*

Sine beneplacito apostolico alienari possunt bona  
immobilia relicta monasterio, seu ecclesiæ incapaci  
retinendi, ut sunt monasteria Ordinis Minorum de Ob-  
servantia S. P. Francisci, Reformatorum, Cappucinorum  
Regularium, seu Theatinorum, & Domus Professæ  
Societatis Jesu. Et ratio est, quia talia bona immobilia  
non sunt monasterio incorporata ob incapacitatem ejus-  
dem. *Ex clement. Extivi de verb. significat. Ex cap. Exiit*  
*qui seminat 5. Ad hæc quia, de verb. significat. pro mi-*  
*noribus, & ex speciali etiam decreto Sac. Congr. quæ*  
*12. April. 1725. censuit Fratres Minores de Obser-*  
*vantia non comprehendit sub prohibitione alienandi immo-*  
*abilia, census, & annuos redditus, & ex decreto Sac.*  
*Congreg. Conc. pro Theatinis, ut refert Donatus tom. 1.*  
*part. 2. tract. 14. quer. 67. his verbis: Sac. Cong. Car-*  
*dinalium Conc. Trident. Interpretum censuit, religio-*  
*sum Clericorum Regularium Theatinorum, quamdiu ins-*  
*titutum superius propositum retineat, quoad bona im-*  
*mobilia non comprehendit in prohibitione nuper edita de*  
*rebus ecclesiæ non alienandis. Isti enim omnes, non neque*  
*in communi bona immobilia, ut agros, vineas, & simi-*  
*lia possint possidere, si quæ talia eis legentur, possunt ea*  
*vendere sine juris solemnitate, & pretium expendere in*  
*necessitatem, ac utilitatem ecclesiæ, vel monasterii, ut*  
*concessit nostro ordini de Observantia Clemens VII. 23.*  
*Novembris 1526. in consili. incip. Nuper. Vide tamen*  
*verb. Syndicus n. 19. & tenet, ut ibi. Bona ecclesiasti-*  
*ca sine beneplacito apostolico possunt locari solummo-*  
*do ad triennium cit. extrag. Ambitiosæ, de rebus ec-*  
*clesiasticis non alienandis inter communes.*

Hoc triennium debet intelligi de tribus annis fructi-  
feris, ita ut si alicubi prædia locata fructificent solum  
singulo biennio, possunt locari ad sex annos; & si fruc-  
tificent solum singulo triennio, possunt locari ad novem  
annos, ut sic conductores tres possint percipere fructus,  
cum constitutio *Ambitiosæ* respiciat fructus triennales,  
non autem temporis spatium sine fructu; tunc enim unum  
triennium, seu triennium semel tantum fructiferum uni-  
co æquivaleret anno, ut decidit Rota Romana 19. Ju-  
nii 1684. in una *Tiburina afflatus, part. 20. deci. 219.*  
*n. 7. Gloss. final. in leg. Item quatuor 5. Qui impleto,*  
*prope finem vers. Item quod si in rusticis, & sac. Bartol.*  
*Bald. Donatus, & alii passim. Locatio autem rei fruc-*  
*tificantis singulis annis facta ad sexennium v. gr. aut ad*  
*novennium simpliciter, & indivisibiliter, est nulla, & in-*  
*valida etiam pro primo triennio; sic decidit Rota Roma-*  
*na 1. Junii 1612. in Aretina Bonorum p. 3. deci. 435.*  
*n. 3. plures allegans Doctores; Nec refert, dicit Rota,*  
*quod quamplures teneant contrariam sententiam, quia*  
*non videtur recedendum à prædicta opinione, quam Ro-*  
*ta uti veriore pluries approbavit, ut in causa Romana*  
*evolutionis Domus 4. Febr. 1583. coram D. de Rubis,*  
*&*

18 *loc. cit.* n. 4. & alii passim. *Tertio*, omnes sequestrantes, vel usurpantes quotidianas distributiones. *Duard. cit. canon. 17. quest. 4. n. 12.* & *seq. Bonac. loc. cit. quest. 18. puncti. 4. n. 8.* & *de Horis Canonicis disp. 2. quest. 2. puncti. 1. n. 2.* *Barbosa loc. cit. n. 5. & alii. Quarto*, omnes usurpantes fructus, redditus, proventus ecclesie, seu beneficii vacantis, & Papatus, Sede vacante, *Petra tom. 1. comment. ad const. i. Leonis IX. sect. 1. n. 9.* *Suarez loc.*

Excommunicationem latam contra usurpantes bona, & iura ecclesiastica non incurrit: *Primo*, usurpatum fructus, quos Sacerdos percipere solet ex bonis patrimonialibus, ad quorum titulum promotus est ad Sacros Ordines, quia illi fructus non competunt illi ratione eccle-

36    tati, & deliberari debeant, assignatur ab eodem Summo Pontifice *constit. 1. incip. Romane Curie* §. 26. Vide ibi, ubi multa scitu digna.

37    Bona Camera apostolica devoluta in emphiteusim, aut feudum iterum concedi nequeant ab ullo, praterquam a solo Romano Pontifice. *Idem tom. 2. constit. 50. incip. Concredutum.* Neque restitutiones integrum adversus caducitates incursas, nec purgatio morae, nec non

donatione abque traditione in ecclesiam transeat, III. Quod fieri ecclesie possit donatio bonorum omnium presentium, & futurorum; Bohemer, *dist. loc. §. 13.*

Quod vero concernit donationem, ad eam tenetur quiescentem extrui, ita ut Episcopus consentire nequeat in extruendum ecclesiam, nisi prius constet de eaque ad conservationem ipsius sufficiente; Gonzalez in cap. 8. *tit. 1. de consens. ecclies.* Ziegler de *dotat. ecclies. capit.*

57 *pit. 6. §. 3.* Quod si Episcopus extractionem ecclesie permiserit sine congrua dote, nec extruens eam prestare possit, ad ipsam tenetur ipse Episcopus; Stryk. *ad iur. eccles. Brenemann. lib. 2. cap. 8. §. 7.* Bohem. *d. tract. §. 15.* Dos vero ecclesie quanta esse debeat, tum in quibus rebus consistere, alibi traditur: Confer Bohem. ubi supra §. 16. & sequent.

59 Per ultimam voluntatem etiam acquiruntur varie ecclesie bona, & potissimum per testamentum, quod vocatur ad pias causas, plura habens privilegia. De eo itidem alibi erit agendi locus; Consule, si lubet, eundem Bohem. *pluries cit. loc. d. §. 18. ad plur. seq.* etiam notandum, quod bona ecclesie, nisi de alio titulo doceatur, titulo dotis acquisita censentur; Rota in *Ferrariensis. Decimarum 16. Aprilis 1728. coram clar. memor. Millin*, ubi et de usu hujus observationis.

61 Bona ecclesie invasa ob hostibus, & a Catholico Rege iterum recuperata, an possint ab eodem donari alteri, quam antiquo domino, maxime quando de tempore recuperationis, & donationis, idem antiquus dominus a fide Orthodoxa discesserat? Itemque an possint applicari regio fisco, & quatenus negative, an sufficiat illa donatio alicui Religioni? Vide Rotam in *Polocen. bonorum 21. Januarii 1726. & 4. Decembris ejusdem anni coram bon. memor. Cornilio*. (Add. n. 53. 54. & 55. concordat lex 1. tit. 11. p. 1. tit. 4. p. 5. vid. verb. Donatio.)

## ARTICULUS II.

## Bona ecclesiastica quoad eorum immunitatem.

62 Bona ecclesiastica, quantum ad praesens spectant, in triplici genere possunt considerari: Bona ecclesiastica primi generis sunt ipsa met ecclesie materiales, seu templa edificata, adjuncta cimiteria, item vasa sacra, vestes, paramenta, & alia hujusmodi sive consecrata, sive benedicta ad divinum cultum tamquam ejus instrumenta legitime deputata. Et bona ecclesiastica hujus primi generis ex communi omnium Doctorum sunt immunia, & exempta ab omni jurisdictione laicali, & ab omnibus oneribus, tributis, & exactionibus, quia haec bona nullam temporalem utilitatem habent, quae in aestimationem venire possit; cum enim ad divini cultus ministerium tamquam consecrata, vel benedicta sint dedicata, nullis aliis usibus humanis, ac profanis applicari possunt; arg. cap. Quae semel 4. caus. 19. q. 3. cap. Ligna 38. de consec. dist. 1. & cap. Semel 51. de R. J. in 6. ibi: Semel Deo dicatum non est ad usus humanos alterius transferendum. Bona secundi generis sunt ecclesiarum, & beneficiorum bona temporalia a fundatoribus, vel aliis fidelibus ad Dei honorem oblata, seu donata, ut a Praelatis ecclesiarum tamquam administratoribus, vel ab ipsis Beneficiariis in pios usus, puta ecclesiae ornatum, ministrorum, & pauperum sustentationem convertantur. Et haec bona hujusmodi generis non sunt immunia, & exempta ab oneribus, & tributis mere realibus, quae sine habitudine ad personarum qualitatem sunt perpetuo, certe, & invariabiliter ipsis bonis, propter bona, imposita, antequam ad ecclesiam transierint, vel bona ecclesiastica essent effecta. Et ratio est, quia bona, & res transeunt cum onere suo; cap. Ex literis 5. de pignoriis, ibi: Cum bona suo onere transferantur ad quemlibet possidentem; & cap. Cum non sit 33. de decimis, ibi: Quomodo res transiit cum suo onere, & manifestum est, cum, qui venditione, donatione, legato &c. rem quampiam in ecclesiam transfert, praedictare non posse juri alterius, quod in re illa habet, nam suae quisque rei moderator, atque arbiter est, & non alienae; leg. In re mandata 21. cod. mandati. Et sic tenent communiter Doctores teste Fagn. in cap. Non minus 4. de immunit. eccles. n. 9. & expresse Rota in *Brundisina. Gabella 13. Februarii 1604. coram Penta*, quam decisionem, ut magistralem in hac materia passim amplectitur Sac. Congreg. super controversiis jurisdictionalibus, ut assertur ab eadem Sac. Rot. part. 6. recentior. decis. 339. in *Albensis Gabella, seu onerum 28. Jun. 1630. coram Merl. & hanc Merlini decisionem pluries secuta est Rota, & praesertim in Barchin. exemption. 20. Jun. 1636. cor. Cocin*, Et sic

etiam expresse loquitur textus in c. Tributum 22. causa 23. q. 8. ibi: De exterioribus ecclesie, quod constitutum antiquitus est... persolvendum est, ubi Rota cit. dec. 339. n. 57. part. 6. recentior. explicat l. antiquitus, nempe illud, quod constitutum est, antequam ad ecclesiam pervenerint praedia. Nec etiam bona ecclesiastica hujus secundi generis sunt immunia, & exempta a pensionibus, & praestationibus, quas fundatores ecclesiarum, & beneficiorum cum consensu Episcopi in fundatione, sibi vel aliis moderate reservant; nam hujusmodi pacta, sive conditiones debent necessario observari, ut aperte colligitur ex cap. Verum 4. de conditionibus appositis, cap. Cum dilecti filii 6. de donationibus, & cap. Praeterea 23. de iure patronatus, & Gloss. ibi: verb. Institutos, & ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 5. ubi sic expresse habetur: "Ratio postulat, ut illis, quae bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur quando igitur beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliqua requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione, eis non derogetur; vide verb. Beneficia quomodo erigenda, artic. 2. §. 3." (Quod transeat suo onere, & quod gravamina in ipsa fundacione reservata adimplebuntur, lex. 51. & 55. tit. 6. part. 1. indicat. Vide inf. in add. hispan. vers. Si fundum: ad vers. Pro colophone.)

Bona autem hujus secundi generis, postquam sunt effecta ecclesiastica, sunt immunia a tributis, & oneribus laicalibus de novo imponendis; arg. cap. Non minus 4. cap. Adversus 7. de immunit. eccles. cap. Quia nonnulli 1. de immunit. eccles. in 6. Clem. unic. cod. tit. cap. Quamquam 4. de censibus in 6. cap. Nulli 3. caus. 12. q. 2. cap. Secundum 24. caus. 23. q. 8. ibi: "Secundum canonicam auctoritatem, & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici de ecclesiastico agro... Nullas quemquam Presbyterorum alicuius censum persolvere cogat, nec quisquam cujuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redditionem quancumque exigat temporalem; quod si fecerit, communione usque ad satisfactionem privetur, & regia potestate dare cogatur." Et concordat expresse jus civile. Audent. Item nulla, cod. de Episc. & Cleric. ibi: "Item nulla communitas, vel persona publica, vel privata collectas, vel nexactiones, angarias, vel parangarias, ecclesiis, vel aliis piis locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut invadere bona ecclesiastica praesumat; quod si fecerit, & requisitus ab ecclesia, vel Imperio, contempserit, triplum refundant, & nihilominus bona imperiali banno subiacent, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur." Et sic tenent Bald. in leg. Placet n. 10. vers. Postquam autem res facta est ecclesiae, cod. de sacrosanct. eccles. Abbas in cap. Non minus 4. immunit. eccles. n. 16. Fagn. ibid. n. 10. & alii communiter cum Rota part. 16. decis. 339. n. 41. Non sunt tamen haec bona ecclesiastica immunia, & exempta ab oneribus, quae ratione naturali ipsis rebus incumbunt, ut reficere iter ante domum, & pro rata parietem medium inter domum ecclesiae, seu beneficii, & laici & etiam pro rata solve-re expensas pro purgatione putei ecclesiae, & totius viciniae necessarium; Bart. in leg. Administrationem n. 3. cod. de sacros. eccles. Capol. in tract. servit. rust. tit. de via q. 25. Abbas in cap. Non minus 4. de immunit. eccles. n. 16. vers. Idem dico; Speculat. in tit. de censibus, §. Nunc dicendum. Non tenent vero ecclesiae, & personae ecclesiasticae ad sordida munera, ut ad terram, & arenam fodiendam, ad fossata construenda, ad calces coquendas, ad balnearum custodias, & similia, de quibus habentur multa exempla in leg. Munerum 18. usque ad §. Patrimoniorum, ff. de muner. & honor. in leg. Maximarum, cod. de excusat. munerum, ibi: "Novarum etiam collationum, & sordidorum munerum immunitatem acciperunt; ne, ut paulo infra ibidem dicitur ex leg. Placet, cod. de sacrosanct. eccles. Ne praedia usibus celestium secretorum dedicata sordidorum munerum fecerint vexentur." Et sic communiter Doctores cum Fagnan. loc. cit. n. 14. & 15.

Bona ecclesiastica tertii generis sunt bona ecclesiastica, & Clericorum propria titulo aliquo temporali, v. gr. emptione, inventione, hereditate, donatione, arte, labore, aut alio simili titulo acquisita. Et haec pariter gaudent immunitate ab omnibus oneribus, & exactionibus laicalibus modo supra dicto de bonis secundi generis; habetur aperte ex c. Adversus 7. de immunit. eccles. cap. Quamquam 4. de censibus in 6. c. Quia nonnulli 1. de immunit. eccles. in 6. Clem. unic. tit. cod. lib. 2. & audent. Item nulla communitas, cod. de Episc. & Cleric. Nam his iuribus universim prohibetur, ne ecclesiasticis personis talliae, collectae, aut aliae quaecumque exactiones imponantur, quia ecclesiasticae personae, & res earum a secularium potestatum exactione immunes esse oportet, ut habetur apertissime in cit. cap. Quamquam, ibi: "Cum igitur ecclesiae, ecclesiasticaeque personae, ac res ipsarum, non solum jure humano, quin & divino a secularium personarum exactionibus sint immunes."

13 Et paulo infra assertur in specie, res etiam proprias personarum ecclesiasticarum esse exemptas, ibi: "Nec ad exhibendum, vel solvendum talia pro rebus suis propriis." Et clarissime de omnibus bonis legitime acquisitis, & acquirendis ab ecclesiis, & personis ecclesiasticis loquitur textus in cap. Quia nonnulli 1. de immunit. eccles. in 6. ubi postquam Pontifex contra quosdam dominos temporales conquisitus est, quod ab ecclesiis, & ecclesiasticis personis exigant collectas, tallias, & alia similia onera praetendant, praetextu bonorum, quae ad ecclesias, & personas ecclesiasticas pertinent, statuit, praecise, ut sequitur: "Volentes itaque (prout expedit) sollicite providere, totque temerariis abusus, congruis praediis obviare auctoritate apostolica, praehabita cum fratribus nostris diligenti deliberatione, decernimus non licere praefatis Communibus, Scabinis, & his qui in eis jurisdictionem temporalem obtinent, vel justitiam temporalem exercent, tallias, & collectas, seu exactiones quancumque, ecclesiis, vel personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, praediis, vel quibuscumque possessionibus, ab eisdem ecclesiis, vel personis ecclesiasticis legitime habentibus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiamsi ipsae ecclesiae, vel personae, vel res hujusmodi sint intra illarum districtum, vel territorium constitutae. Nec etiam licet illis ipsas ecclesias, vel personas ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum acquisita vim, vel quae deinceps acquirere, aliquatenus coercere." Et quoad bona patrimonialia sic pluries declaravit Sacra Congregatio, ut refert Pignatelli, tom. 2. consulti. 54. Patrimonium Clericis est exemptum instar bonorum ecclesiasticorum. Sac. Congreg. in Tricaric. 14. Novembris 1603. Patrimonium Sacerdotum gaudet exemptione a gabellis. Sacra Congreg. immunitatis in Camerinen. 24. Martii 1627. Bona patrimonii Clericorum sunt etiam exempta ab oneribus Cameralibus. Eadem Congregatio in dicta Camerinen. 7. Octobris 1631. Et ratio est clara, quia solvere tributa &c. est proprium subditorum, cum id sit verum signum subjectionis, ut testatur Apostolus ad Roman. 13. n. 5. ibi: "Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, videri enim & tributa praestatis." Et clarissime habetur ex cap. Omnis anima 2. de censibus, ibi: "Vos subditi messe debetis, ideo enim tributa praestatis, quia haec est probatio subjectionis." Sed personae ecclesiasticae sunt immunes a jurisdictione laicali, ut faterentur omnes in titulo de foro competentis; ergo etiam ab oneribus, & tributis. Tum quia ex quo Domini seculares a Clericis, aliisque Ecclesiasticis Personis spiritualia commoda accipiant, aequum non est, ut etiam temporalia ab iis exigant, sed potius tribuantur, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. c. 9. n. 11. ibi: "Si nos verbis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?" (Omnia ex n. 1. nunc usque relata, praeter jam animadvertenda, ex leg. 50. ad 55. cum final. tit. 6. p. 1. comprobantur; vide leg. 3. tit. 12. ejusd. part. ubi assertur, ecclesias, & monasteria in alium usum transferri non debere; nec cetera leg. 64. tit. 4. part. 1. ad humanos converti; non obliviscat leg. 35. tit. 3. lib. 1. & Aul. Accord. 4. §. 21. & 29. tit. 1. lib. 4. Recop. Castell. per Ferrar. Bibliothec. Tom. I.

quos deciditur, bona patrimonialia, ad quorum titulum quis fuerit ordinatus, ab oneribus publicis & quibus, nobilitate aut distinctione aliqua non gaudentes non excusantur, libera esse & exempta.)

Omnia supradicta bona ecclesiastica, tam primi, quam secundi, & tertii generis, sunt immunia, & exempta ab omnibus oneribus, & exactionibus laicalibus, nedum de jure civili, & canonico ex claris, & aliis textibus, sed etiam de jure divino; prout habetur aperte ex Genesi 47. n. 23. & seq. Dixit ergo Joseph ad populos: Venite et cernitis, & vos & terram vestram Pharaon possidet: Accipite semina, & serite agros, ut fruges habere possitis; quintam partem Regi dabitis... Ex eo tempore usque in praesentem diem in universa terra Aegypti Regibus quinta pars solvitur, & factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quae libera ab hac conditione fuit. Et refertur in cap. Non minus 4. de immunit. eccles. ubi idcirco graviter improperat quibusdam christianis Potestatibus secularibus: "Quod de anterioris conditionis factum sub eis sacerdotum videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui legis divinae notitiam non habebat. Habetur etiam ex primo Esdræ c. 7. n. 24. ubi Artaxerxes Rex gentilis ad favorem sacerdotum, & ministrorum templi Dei Israel, decretum immunitatis edidit, ibi: "Vobis quoque (id est Custodibus, & Gubernatoribus) notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathanaelis, & Ministris domus Dei, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos." Et clarissime habetur ex verbis Christi Matth. 17. n. 24. ibi: "Quid tibi videtur Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis: Dixit illi Jesus, ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum pisce, qui prius ascenderit, tolle, & aperto ore ejus invenies statuerem: Illud sumens da eis pro me, & te." En verba Domini luculenter ostendentia exemptionem rerum, & personarum ecclesiasticarum; qui enim nomine liberorum magis censendi sunt, quam Clerici utpote specialiter in sortem Domini electi, praesertim, quia Petrus tunc totius ecclesiastici status vicem gerebat, teste Divo Augustino serm. 6. de verbis apost. Neque enim verba illa intelligi possunt de exemptione solius Christi, seu vere Filii Dei, nam illico jussit Christum, ut ad vitandum scandalum Petrus inventum in ore piscis staterem daret pro utroque, sicut de jure exemptus dignoscatur Christus quidem, utpote filius Regis Regum, Petrus autem veluti representans ecclesiam sponsam Christi, ecclesiasticasque personas tamquam domesticos ejus, ac proinde eadem prerogativa cum ipso gaudentes, prout inferunt Sanctus Hieronymus, ibi, & S. Augustinus lib. 1. q. evang. q. 23. Colligitur etiam ex variis textibus juris canonici, exemptionem ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum, seu immunitatem realem esse juris divini, adstruentibus: Et in primis ex canon. 39. (alias 37.) Apostolorum, & cap. Quisquis Episcopus 19. caus. 12. quest. 2. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. de reform. cum similibus, ubi res ecclesiasticae, utpote Deo dedicate, dicuntur esse Dei, illis verbis: Quae Dei sunt, adeoque hoc ipso sunt exemptae a jurisdictione mere laicali, & quidem jure divino tamquam res Dei. Accedit textus expressus in cap. Quamquam 4. de censibus in 6. ibi: "Cum igitur ecclesiae, ecclesiasticaeque personae, ac res ipsarum, non solum jure humano, quin & divino, secularium personarum exactionibus sint immunes." Concordat cap. Non minus 4. de immunit. eccles. ibi: "In diversis mundi partibus Consules civitatum, & Rectores, nec non & alii, qui potestatem habere videntur, tot onera frequententer imponunt ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis Sacerdotum videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui (nota) legis divinae notitiam non habebat." Unde, & novissime Concil. Trident. sess. 25. cap. 20. de reform. expresse contestatur: Ecclesiae, & personarum ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonice sanctionibus constitutam. Accedit etiam jus civile in leg. Sancimus 22. cod. de sacrosanct. eccles. ubi

- tibi Justinianus Imperator sic expresse ait: *Cur enim non faciamus discernere inter res divinas, & humanas? & cur competens prerogativa caelesti favori non conservetur?* Et hanc immunitatem bonorum ecclesiasticorum originem habere non solum a jure positivo, canonico scilicet, & civili, sed immediate a jure divino, decidit expresse Rota part. 6. recentior. decis. 339. num. 7. & seq. & part. 19. tom. 2. decis. 493. num. 1. & 2. Quod dicit procedere etiam respectu bonorum patrimonialium Clericorum; *dist. decis. 339. num. 23. 24. & 27. p. 6.*
- Et cum ea passim transit Sacra Congregatio immunitatis ecclesiasticae, ut refertur in argumento hujus decisionis. Et expresse tenet cum plurimis a se citatis Barbosa *Juris ecclesiastici universi lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 3. late Sperell. decis. 37. & Fagnan. in cap. Non minus 4. de immunitate ecclesiastica num. 4. ubi dicit esse unanimem Canonistarum sententiam.*
- Hic juvat adducere Sacrae Congregationis immunitatis epistolam omnibus Episcopis provinciae Mediolanensis die vigesima Julia 1652. scriptam tenoris sequentis: "Avendo rappresentato a questa Sacra Congregazione il Clero secolare è regolare di cotesta, ed altre Città dello stato di Milano, le novità promesse con Editto, è provisioni laicali totalmente ripugnanti all'immunità, è libertà concessa anche per ordinazioni divine alle persone, è ai beni ecclesiastici, perciò con partecipazione della Santità di N. Signore si ordina a V. S. con la presente, che non lasci di rimuovere similipregiudizii, usando dopo le ammonizioni pastorali i rimedi in questa materia prescritti da' Sacri Canonici, Concilii, è dalle costituzioni apostoliche con notificare a tutti i Confessori secolari, è regolari, che dalle censure, che incorrono per la suddetta causa, non può alcuno assolvere, se non il Sommo Pontifice, al quale detta assoluzione da' medesimi Canonici, Concilii, è dalle costituzioni apostoliche, è specialmente riservata. Così adunque eseguirà V. S. con la dovuta vigilanza, ed applicazione per compiere all'obbligo pastorale, ed eseguire la santa mente di sua Beatitudine; è del seguito si attenderà distinto ragguaglio per riferirlo alla Santità sua, mentre le prego dal Signor Dio compiuta felicità. Di Roma à 23. di Luglio del 1652." Sic ad litteram reperitur apud Pignatellum tom. 2. cons. 54. num. 61. ubi varia sacramenta Congregationum decreta in summam redacta adducit, quae utpote ad nostrum propositum facientia placet hic, ut jacent, referre: Quamvis tamen aliqua ex ipsis sint jam supra adducta.
- Clerus non potest solvere collectas absque incursum censuram: Sacra Congregatio immunitatis in Volaterrana 18. Septembris 1629.
- Ecclesiastici sunt exempti à solutione Collectarum; eadem Sacra Congregatio in Firmata 19. Novembris 1630. & in Cathartinen. 11. Septembris 1634.
- Moniales non tenentur ad collectas per aes, & litram impositas pro bonis acquisitis; ead. Sacra Congregatio in Feretana 22. Decembris 1636.
- Clerici in minoribus sunt exempti à collectis, etiam si non inserviant ecclesiae; ead. Sacra Congregatio in Civitatis. Penmen. 21. Martii 1646.
- Ecclesiastici viventes simul cum conjunctis, sunt exempti à Collectis pro portione bonorum ad eos spectante; ead. Sacra Congregatio in Aprut. 6. Martii 1635.
- Vendens bona ecclesiasticis non debet gravari collecta; eadem Sacra Congregatio in Callien. 18. Octobris 1628. (Vide verb. Gabella, vers. Oritur.)
- Bona, quae transeunt ad ecclesiasticos, sunt exempta à collectis laicalibus; eadem Sacra Congregatio in Montis Regalis 14. Februarii 1645.
- Clerici non tenentur ad collectas pro bonis datis; eadem Sacra Congregatio in Hiernac. 4. Julii 1645.
- Pro bonis acquisitis Clerici tenentur solvere onera realia; eadem Sacra Congregatio in Marsican. 26. Junii 1628. in Auxiliana 22. Januarii 1629. in Ferentina, & Firmata 9. Novembris ejusdem anni, & in Taurinen. 25. Aprilis 1634. (Vide supra post num. 7.)
- Pro bonis acquisitis Clerici non tenentur ad onera personalia; ead. Sacra Congr. in Alban. 16. Augusti 1634.

- Pro bonis acquisitis servanda est decisio Rotae in Brundisina; eadem Sacra Congregatio in Taurinen. 26. Martii 1629. in Faventina 2. Julii 1647. in Fanen. 20. Januarii 1637. in Montis Regalis 11. Augusti 1638. in Senogallien. 27. Januarii 1634. & in Firmata 11. Augusti 1631.
- Bona Clericorum pro indiviso cum fratribus sunt exempta pro virili; eadem Sacra Congregatio in Viterbien. 6. Decembris 1627.
- Bulla Pii IV. in statu Urbinatensi non est in usu, & Clerici non tenentur nisi ad onera realia; eadem Sacra Congregatio in Pisauriensis 29. Januarii 1636.
- In Nazarena 2. Aprilis 1669. ad tenorem decretorum, scilicet quod bona assignata pro suscipiendis ordinibus non gaudent immunitate à gabellis, donec Clerici non fuerint in sacris constituti; idem decretum in Tranen. 4. Maii ejusdem anni, ubi etiam quod Ordinarius cognoscere debeat super fraudibus, quae in hujusmodi donationibus committuntur; eadem Sacra Congregatio. (Vide num. 15.)
- Immunitas bonorum ecclesiasticorum non suffragatur bonis ad patrem, matrem, fratres, & sorores spectantibus; eadem Sacra Congregatio in Albanen. 14. Augusti 1634. in Auxiliana 25. Januarii 1650.
- Si conjuncti ecclesiasticorum vivant cum ipsis, & impensis eorum, sunt etiam immunes à collectis pro portione bonorum; eadem Sacra Congregatio in Aprutina 6. Martii 1635. & in Hydruntina 14. Junii 1630. & in Caven. 27. Aprilis 1632.
- Bona data pro erectione monasterii monialium, sunt immunia; eadem Sacra Congregatio in Tropien. 15. Januarii 1641.
- Bona assignata capellae Jurispatronatus immunia sunt; eadem Sacra Congregatio in Asculana 11. Martii 1642.
- Bona assignata pro dote beneficii erekti sunt immunia; eadem Sacra Congregatio in Firmata 20. Januarii 1637.
- Clericus gaudere debet exemptione à bonatentia, quamvis absens; eadem Sacra Congregatio in Fundana 23. Martii 1638.
- Clerici sunt immunes à bonatentia; eadem Sacra Congregatio in Tricaric. 28. Martii 1626.
- Clericus gaudet immunitate à bonatentia pro bonis emptis, & donatis; eadem Sacra Congregatio in Casertana 19. Augusti 1630.
- Clericus, quamvis inhabilis ad suscipiendum ordines sacros, gaudet immunitate à bonatentia; eadem Sacra Congregatio in Sulmon. 6. Maii 1631.
- Ecclesiastici non possunt gravari à praesens gabella communitatis; eadem Sacra Congregatio in Urbinatensi 18. Julii 1627.
- Ecclesiastici non tenentur ad onera ad favorem Principis; ead. Sacra Congr. in Castalen. 18. Augusti 1637.
- Non tenentur ad solutionem oneris nuncupati il Tarro; eadem Sacra Congregatio in Casaleni. 9. Junii 1637.
- Clerus non potest sponte solvere gabellas à laicis impositas; eadem Sacra Congregatio in Vicentina 15. Junii 1628. & in Andrien. 27. Septembris 1632.
- Non est permitendum, ut pro Universitatum oneribus quidquam ecclesiastici contribuant, neque sub elemosynae nomine; Sacra Congregatio Episcoporum in Squillacense 21. Maii 1598.
- Clerici de bonis patrimonialibus non tenentur ad ratam pro impositionibus Cameralibus; Sacra Congregatio de bono regimine 4. Februarii 1609.
- Clerici non tenentur solvere onera imposita per communitatem super eorum bonis patrimonialibus, & domibus, ubi habitant, etiam quod antea solverint; Sacra Congregatio immunitatis 7. Decembris 1632.
- Bona Clericorum non tenentur solvere bonatentiam; Sacra Congregatio Episcoporum in Baren. 10. Junii 1616. in Ugentina 31. Augusti 1618. & 26. Januarii 1619. & in Brundisina 15. Decembris 1623.
- Bonatentia neque donatori, seu venditori, sive cedenti imponi potest, quia sic indirecte ecclesiastica imponeretur; eadem Sacra Congregatio Episcoporum 8. Decembris 1632.

bris, 1582. & 1583.

- Bona Clericorum, si praetendantur feudalia, & ab eis negentur esse talia, cognitio dictae qualitat specat ad Judicem ecclesiasticum; Sacra Congregatio immunitatis in Carianen. 4. Septembris 1631.
- Bona acquisita à Clericis, & à quibusvis personis ecclesiasticis sunt immunia ab oneribus laicis; Sacra Congregatio immunitatis saepe sapient.
- Bona patrimonii ordinati reputantur sicut bona ecclesiastica, pro quo Clericus tenetur experiri coram Judice ecclesiastico, sicut pro bonis beneficiis; Sacra Congregatio Concilii in Feretana 6. Augusti 1616.
- Bona, ad quorum titulum ordinatus est Clericus, gaudet privilegio bonorum ecclesiasticorum, & ideo sunt exempta ab omnibus collectis, gabellis, & oneribus laicorum; Sacra Congregatio Episcoporum in Cathacen. 3. Augusti 1591. in Montispelusii 24. Martii 1599. & in Pulituranen. 13. Decembris ejusdem anni, & in Aquilana 2. Maii 1601. & in Bisignana 9. Martii 1604. ac alibi saepissime. (Vide supra ante num. 16.)
- Bona hospitalium, & confraternitatum potiuntur iisdem privilegiis, ac bona ecclesiastica; Sacra Congregatio Episcoporum in Baren. 30. Junii 1617.
- Patrimonium Clerici est exemptum instar bonorum ecclesiasticorum; Sacra Congr. in Tricaric. 14. Novembris 1603.
- Patrimonium Clerici, ad ejus titulum fuit ad sacros Ordines promotus, non potest capi in executionem ob illata vulnera alicui, ad reficiendas curationis expensas à Judice condemnatus, etiam si nihil aliud praeterea possideat, quia ejus alienatio interdicta est decreto Concilii cap. 21. sess. 21. de reform. Sacra Congregatio Concilii sub die 5. Februarii 1604.
- Ordinati ad titulum patrimonii gaudet immunitate pro sufficienti titulo; Sacra Congregatio immunitatis in Potentina 19. Julii 1624.
- Patrimonium Sacerdotum gaudet exemptione à gabellis; ead. Sacra Congr. in Camerinen. 24. Martii 1627.
- Bona patrimonii Clericorum sunt etiam exempta ab oneribus Cameralibus; in dist. Camerin. 7. Octobris 1631.
- Bona, ad quorum titulum Clericus est ordinatus, gaudet exemptionibus etiam post adeptum beneficium, nisi fuerit subrogatus in locum patrimonii; eadem Sacra Congregatio in Firmata 11. Januarii 1633.
- Bona patrimonii clericalis non possunt confiscari; eadem Sacra Congregatio in Mutin. 13. Januarii 1640.

#### Bona ecclesiastica emphyteutica.

- 1 Bona emphyteutica ecclesiarum, & ecclesiasticorum non possunt à laicis collectari; Sacra Congregatio immunitatis in Capacen. 27. Augusti 1627. lib. 1. decr. Paul. part. 62. Balseoregien. 15. Februarii 1633. lib. 2. decr. Paul. pag. 149. Senogallien. 18. Decembris 1668. lib. 1. decr. Ali. pag. 303. & 3. Julii 1698. lib. 2. decr. Val. pag. 34.
- 2 Praedium emphyteuticum ecclesiasticum non tenetur ad collectas laicales, & Ordinarius mandat restitui pignora; in una nullius Guastalla 28. Julii 1693. lib. 1. decr. Vallem. pag. 64.
- 3 Molendina, & alia aedificia sub directo dominio ecclesiae, sunt exempta, & Episcopus teneatur dictam exemptionem; Montis Regalis 15. Januarii 1644. lib. 4. decr. Paul. pag. 2.
- 4 Bona livellaria directi domini ecclesiastici non subjacent collectis communitatis; Senogallien. 12. Januarii 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag. 98.
- 5 Bona ecclesiarum, & locorum piorum in emphyteusim laicis concessa, sive canones, qui pro dictis solvuntur, sive tenues, sive correspondentes fructibus, sunt exempta ab oneribus, & impositionibus laicalibus; Oppiden. 23. Julii 1652. lib. 4. decr. Paul. pag. 191. Papian. 24. Augusti. 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag. 141.
- 6 Vineae, & terrae emphyteuticae ecclesiae non comprehenduntur sub editis, & aliis similibus publicatis à laicis, sed sunt prorsus exemptae; Montis Falisci 23. Augusti 1632. lib. 2. decr. Paul. pag. 136.

FERRARIA BIBLIOTHECA. TOM. I.

Ad hanc bonorum ecclesiasticorum immunitatem tuendam, famosam constitutionem edidit Urbanus VII. die 23. Septembris 1641. qua incip. Romanus Pontifex. Et cum sit ad hoc valde scitu necessaria, pro omnium commoditate hic per extensum adducitur.

#### URBANUS PAPA VIII.

##### Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in sacra Beati Petri Sede à Domino constitutus, non valens curam suae pastoralis sollicitudinis in gregem sibi commissum personaliter in qualibet mundi parte exercere, Legatos etiam de latere, ac Nuntios, aliosque Ministros apostolicos ad diversas provincias, & regna, prout cognoscit in Domino expedire, consuevit destinare, ut vices suas supplendo, facultatesque sibi concessas non excedendo, errata corrigant, & commissis sibi populis iustitiae, & gratiae incrementa ministrent, iuraque Sedis apostolicae, jurisdictionem, & libertatem ecclesiasticam tueantur, ac de gravius Summum Pontificem reddant certiores, remediaque, ac mandata opportuna apostolica expectent, & exequantur.

§. 1. Cum autem, ut accepimus, à nonnullis praetendatur, quosdam ex Legatis sive natis, sive aliis etiam de latere, etiam S. R. E. Card. Nuntiosque, ac aliis Ministris apostolicis, quovis nomine nuncupatis, ac etiam ex Rectoribus, seu Gubernatoribus provinciarum, civitatum, & locorum dictiois temporalis S. R. E. per Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam per Nos missis, ceterisque Officialibus Camerae apostolicae, ac Romanae Curiae, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, etiam Vicecancellariis, & Camerariis, ac Feudatariis, quantumlibet qualificatis, & individua mentione dignis, ac etiam Baronibus, aliisque jurisdictionem quomodolibet exercentibus, aliqua eidem Sedi, aut jurisdictioni, vel immunitati, seu libertati ecclesiasticae, ecclesiasticae, & personis ecclesiasticis prajudicialia, praeter aut contra facultates sibi concessas, necum fecisse, declarasse, concessisse, ac decrevisse, sed etiam praedicta, & quaecumque alia eis prajudicialia à quibuscumque aliis, sive ecclesiasticis, sive laicis, quomodolibet qualificatis, sufficientem facultatem apostolicam non habentibus, commissa, & facta, onerataque super ecclesiis, ac earum bonis, & juribus, earumque fructibus absque sufficiente facultate apostolica imposita; transgressionisque & excessus contra sacrorum canonum, constitutionum apostolicarum, & conciliorum universalium dispositionem, contra Sedem apostolicam, jurisdictionem, immunitatem, aut libertatem ecclesiasticam, seu ecclesias, & personas ecclesiasticas, earumque bona, & iura quaecumque quomodolibet commissos, & perpetratos tolerasse, & approbasse, vel quomodolibet permississe, seu eisdem prajudicialibus consensisse, immo ipsorum Legatorum, Nuntiorum, & Ministrorum apostolicorum, ac etiam respective Gubernatorum provinciarum, civitatum, & locorum dictiois temporalis ejusdem Sedis apostolicae, & quorumcumque aliorum officialium ipsius seu cujuslibet eorum asserta scientia, taciturnitate, tolerantia, vel consensu, ipsorumque prajudicialium observantia inferri posse, tam in praedictis, quam in ceteris quibuscumque prajudicialibus, nedum ad praesumptam scientiam, tolerantiam, consensum, seu approbationem Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & cujuslibet eorum, ac nostram, sed etiam ad praesumptum super eis, & eorum quolibet fuisse concessum beneplacitum apostolicum, etiam si praedecessores nostri praedicti multoties ea via, qua licebat se opposuerint, & Nos quoque contradixerimus concessas quoque, & gratias quascumque, ac investituras etiam civitatum, terrarum, castrorum, aliorumque locorum & bonorum etiam jurisdictionalium ad eandem apostolicam Sedem, seu ad ecclesias inferiores respective spectantium ab aliquibus ex eisdem praedecessoribus nostris, vel à Praelatis, seu Rectoribus ecclesiarum inferiorum praedictarum quomodocumque, vel quandocumque ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam extinctas, vel ad certum tempus jam elapsum, illorumque, ac

illarum pignorationes, seu in pignus dationes, ac alienationes cum pacto redimendi factas ex prædicta asserta scientia, & tolerantia Sedis apostolicæ nedom in longius protrahi, sed etiam perpetuari, aliæque indebitæ, & iniuste præstentur in prædicta Sedis apostolicæ jurisdictionis, immunitatis, seu libertatis ecclesiasticæ, aliarum ecclesiarum, personarumque ecclesiasticarum maximum detrimentum, & populorum grave scandalum, animarumque ipsorum præstentium, transgredientium, vel occupantium, seu usurpantium, ac in censuris eo ipso incurris insordescunt perneciem.

§. 2. Propterea Nos, sicut ex onere pastoralis tenemur indemnitati Sedis apostolicæ, jurisdictionisque ac libertatis ecclesiasticæ, ecclesiarumque, & personarum ecclesiasticarum, quorum Nobis ex alto conceditur, prout iidem prædecessores nostri omnibus præiudiciis oviam ire exoptant, consulere volentes, attendentesque, quod prædicti Legati, Nuntii, & Cardinales, etiam Vicecancellarii, & Camerarii, aliique omnes, & singuli prædicti sine speciali Papæ mandato nulla eidem Sedi, & ecclesiis, aliisque prædictis præiudicialia unquam tacite, vel expresse facere potuerunt, vel possunt, quodque ad locorum distantiam, ac negotiorum molem, quibus Sedes apostolica premittitur, huiusmodi præiudicia non fuerunt Summo Pontifici pro tempore existentis, minusque ejus successoribus nota saltem cum suis circumstantiis præiudicium inferentibus, & aggravantibus, quodque confirmationes, approbationes, & beneplacita Papæ præsertim ubi actum fuit, vel agitur de præiudicio perpetuo, semper consueverunt in scriptis expediri, præcipue per litteras apostolicas, sive sub plumbio, sive in forma Brevis sub Annulo Piscatoris, prout etiam in Pontificatu nostro expediuntur, ideo si in Regestis apostolicis, quæ fideliter custodiuntur, & asservantur, prædictorum quorumcumque præiudicialium approbationes, confirmationes, vel beneplacita apostolica non reperiuntur descripta, seu registrata, vel non exhibentur originalia litterarum apostolicarum, aut transumpta iuxta formam constitutionis nostræ desuper aliis editæ sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub die 1. Junii 1635, Pontificatus nostri anno duodecimo, inde deducitur neque Romanos Pontifices prædecessores nostros, nec nos unquam præiudicialia approbasse, vel confirmasse, beneplacita apostolica super præiudicialibus nunquam concessisse: ac denique quod Romani Pontifices prædecessores nostri pro damnandis, impugnantibus, & evitandis omnibus, & singulis præiudicialibus, illisque, & præteritis tolerantis consensus, possessionibus, intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, observantiis, & prescriptionibus quibuscumque impediendis, interruptendis, penitusque avergendis, & excludendis, hæc consueverunt quolibet anno in die Cœnæ Domini facere processus generales, Bullas ejusdem Cœnæ nuncupatas, & publicare contra quoscumque, sicut etiam nos fecimus, & publicavimus prout in eis, idcirco etiam prædicta omnia, & singula eidem Sedi apostolicæ, jurisdictioni, vel immunitati, aut libertati ecclesiasticæ, seu ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, earumque bonis, iuribusque, ac fructibus quomodolibet præiudicialia, per prædictos, & alios quoscumque contra, aut præter facultates eis concessas, facta, eo ipso fuerint, & sint nulla & invalida.

§. 3. Nihilominus abundantiori cautela uti volentes, omniumque, & singulorum quomodolibet præiudicialium quomodocumque, & a quibusvis, ac ex quacumque causa, & quovis modo factorum, & gestorum, ac inde secutorum quorumcumque, ceterorumque sui de necessitate forsitan expremendorum, ac inferendorum tenores etiam majores, & veriores, pro plene expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, motique ex causis prædictis, aut illarum altera, seu ex aliis iustis, & rationabilibus animi nostri moventibus, ad quorum omnium & singularum verificationem Ecclesiam Romanam præfatam, Sedem apostolicam, & quoscumque alium nunquam teneri volumus, ultra quascumque revocationes, hæcenus factas, quas innovamus, hac nostra perpetua constitutio-

ne declaramus, omnia & singula acta, decreta, statuta, indulta, concessionis, ordinationes, declarationes, concordias & pacta etiam nomine ejusdem Sedis apostolicæ inita, venditionesque, & alienationes officiorum, aliorumque ejusdem Sedis, ecclesiarumque inferiorum iurium, & quascumque alias dispositiones, quocumque nomine nuncupatas, eidem Sedi apostolicæ, Romanæque ecclesiæ, seu quibuscumque aliis ecclesiis, seu locis piis, ac personis ecclesiasticis quomodolibet præiudicialia a quibuscumque Legatis etiam de latere, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Nuntiis, seu aliis Ministris apostolicis, Camerariis apostolicis, & Romanæ Curie officialibus, & ministris etiam Cardinalibus, Vicecancellariis, & Camerariis, & respective Rectoribus, & Gubernatoribus, Feudatariis, Baronibus, & ceteris jurisdictionem quomodolibet exercentibus, aliisque præfatis, quantumlibet qualificatis, & individua expressione dignis, quodcumque, & qualitercumque, & quomodocumque præter, vel contra facultates eis concessas facta, & gesta, factasque, & gestas, aut alias quovis modo ab eis emanata, & emanatas hæcenus, etiam per modum edicti, declarationis, constitutionis, pragmatice, reformationis, ac aliis quomodolibet, etiam cum clausula, salvo reservato Sedis apostolicæ beneplacito, vel fortasse etiam cum intentione data, vel promissione etiam facta illud ab hac sancta Sede, seu a Romano Pontifice, aut etiam a Nobis impetrandi, etiam cum prætensa illarum executione, & observantia quantumlibet longissima, ac aliis inde quomodolibet secutis quibuscumque etiam in favorem, seu intuitu, vel contemplatione Imperatoris, Regum, aliorumque Principum etiam supremorum, etiam laicorum, nationum, rerumpublicarum, provinciarum, regnorumque, aliorumque dominorum, & officialium quorumcumque, vel civitatum, universarum, etiam studiorum generalium, collegiorum, religionumque, seu militiarum, ecclesiarum, & monasteriorum quorumcumque ordinum, vel aliorum quorumvis etiam speciali nota dignorum ex quacumque causa, occasione, vel ratione, quantumlibet pia, publica, favorabili, seu privilegiata, etiam transactionis, vel concordie, sive belli, tregue, vel pacis etiam universalis, & ad majus malum, vel scandalum, ut asseritur, evitandum, seu ex aliis rationibus, & causis etiam omnibus simul concurrentibus, ac aliis individua expressionem requirentibus.

§. 4. Nec non quascumque tolerantias, taciturnitates, conniventias, permissiones, consensus, declarationes, executiones, approbationes, vel confirmationes expresse, vel tacite dicto, vel facto, ac aliis quomodolibet præter, aut contra suas facultates ab eisdem Legatis, Nuntiis, ac Ministris apostolicis, & respective Rectoribus, Gubernatoribus, & Feudatariis ut asseritur, factas, seu habitas, vel respective præstas in quibuscumque actibus eidem Sedi apostolicæ, sive jurisdictioni, immunitati, seu libertati, ecclesiis, vel personis ecclesiasticis quomodolibet præiudicialibus per quoscumque alios, etiam laicos, quantumlibet, ut præmittitur, qualificados, quavis auctoritate, & potestate etiam imperiali, regali, aut quacumque alia individua expressionem requirentem fungentes, etiam sub prætextu, quod bullæ, seu constitutiones apostolicæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ, aut contrario usu etiam decennali, & quantumlibet longissimo, ut prætenditur, abrogatæ, vel sub prætextu constitutionum, litterarum, seu dispositionum apostolicarum, de quarum existentia per canonica documenta apostolica non constat, seu revocatæ, aut non sufficiens sunt, ac etiam in permitendo editionem, seu impressionem litterarum eidem Sedi, aliisque præiudicialium, seu continentium opinionem damnatas, vel in admittendo, seu exequendo minus legitimam earundem constitutionum, litterarum, seu dispositionum apostolicarum interpretationem, vel faciendum, aut approbando, ex quibus disciplina ecclesiastica quomodolibet enervatur, seu leditur, factis & gestis.

§. 5. Molestias quoque, vexationes, & impedimenta quoscumque Legatis, Nuntiis, vel aliis Ministris, & Officialibus apostolicis per quoscumque etiam laicos quovis status, gradus, conditionis, qualitat, dignitatis ecclesiasticæ, ut præmittitur, existentes, quomodolibet exer-

ras, & illatas, factasque & illatas tam eorum ingressum in provincias sibi commissas denegando, quam ne suas facultates libere in illis exercent impediendo, ac eos ab illis expellendo.

§. 6. Nec non quascumque contributiones, collectas, gabellas, militum hospitaliones, decimas, vel alias fructuum partes, aliæque onera, & gravamina quocumque super ecclesiis, monasteriis, & locis piis præsertim vacantibus, personis ecclesiasticis, earumque vel eorum bonis, seu fructibus, etiam prætextu, vel causa facultatis bona stabilita acquirendi, seu retinendi, ac quomodolibet per laicos præfatos, & quoscumque alios aliis quomodolibet qualificatis absque sufficienti facultate apostolica, impositas exactasque etiam a sponte dantibus, vel contribuentibus.

§. 7. Item molestationes, perturbationes, acta, incarcerationes, & attentata quacumque a quibusvis laicis etiam officialibus quomodolibet qualificatis contra personas ecclesiasticas, vel ecclesias, seu cujuslibet earum bona sive jura, vel fructus, tam civiliter, quam criminaliter, & alias quomodolibet quantumcumque hæcenus facta, gesta, & commissa etiam de facto executioni etiam pluribus vicibus, & quocumque temporis cursu, etiam longævo, & longissimo, ac ut prætenditur, immemorabili, etiam cum fama asserti privilegii quomodolibet demandata.

§. 8. Nec non quascumque transgressiones, & excessus contra dispositiones sacrorum canonum, constitutionum apostolicarum, & Conciliorum universalium præsertim Lateranensium sub Alexandro III. Generalis nuncupati sub Innocentio III. Viennensis sub Clemente V. Lateranensis ultimi sub Leone X. fel. record. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, seu Tridentini a quibuscumque, & a quibusvis causis quomodolibet, & quodcumque factis in præiudicium Sedis apostolicæ, sive jurisdictionis, vel immunitatis, aut libertatis ecclesiasticæ, seu ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, earumque bonorum, seu fructuum etiam effectum, ut præmittitur, de facto sortitas, & inde secuta quæcumque.

§. 9. Item quascumque prorogationes, extensiones, protractiones, seu perpetuationes quarumcumque gratiarum, vel concessionum, & investiturarum a Sede apostolica, vel a Præfatis, seu Rectoribus ecclesiarum inferiorum quodcumque hæcenus factarum ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam finitas, vel extinctas, sive ad certum jam elapsum tempus, pignorationumque, & venditionum cum pacto redimendi, permutationum, aliorumque contractuum, ac dispositionum quarumcumque de civitatibus, terris, dominiis, castris, locis, & bonis etiam feudalibus, vel jurisdictionibus, ac iuribus ejusdem Sedis apostolicæ, vel ecclesiarum inferiorum a quibuscumque quantumlibet, ut præmittitur, qualificatis quandoque presentatas, etiam executioni demandatas, & quocumque temporis cursu continuatas. Nec non reliqua omnia quæcumque, & qualiacumque eidem Sedi apostolicæ, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati ecclesiasticæ, seu ecclesiis, vel personis ecclesiasticis, earumque iuribus, bonis, & fructibus quomodolibet præiudicialia, per quoscumque sufficienti, & legitima facultate apostolica non munitos, facta, gesta, & respective perpetrata cum omnibus, & singulis quodcumque, & quomodocumque inde secutis, & quocumque tempore longissimo executioni demandatis, ac observatis, fuisse, & esse ipso jure nullas, & invalidas, ac nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti, indebitæque, & illicitæ, ac de facto præsumptas, & præsumptas, nullumque præiudicium eidem intulisse, nec inferre unquam posse, illasque, & illa ex quocumque temporis cursu, nec etiam ex quacumque prætensa observantia, quantumlibet diuturna, longæva, longissima, seu immemorabili, etiam cum fama prætensi privilegii apostolici, ac etiam iuncta quavis scientia, conniventia, tolerantia, taciturnitate, facultate, & permissione, etiam ex actibus positivis non legitimis resultantibus, Prælatorum ecclesiarum inferiorum, Legatorum, Nuntiorum, & aliorum quorumcumque Ministrorum apostolicorum, ac etiam respective quorumvis Rectorum, & Gubernatorum, aliorumque prædictorum, etiam Feudatariarum, etiam Sedis apostolicæ, ac Baronum, ceterorumque jurisdictionem quomodolibet exer-

centium, ac forsitan Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostra, nequaquam hæcenus fuisse, nec imposterum fore approbata, convallidata neque respective prorogata, extensa, protracta, vel perpetuata, minusque inde aliquam approbationem, vel presumptionem alicujus beneplaciti apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, vel quasi, aut prescriptionem, in aliquo etiam impediendo, imponente, exigente, attentante, vel respective occupante, usurpante, vel transgrediente, aut quomodolibet continuante, nec in quocumque alio potuisse, nec unquam posse resultare, vel induci respective Sedis apostolicæ, jurisdictionis, immunitatis, aut libertatis ecclesiasticæ, seu ecclesiarum, vel personarum ecclesiasticarum, earumque iurium, ac bonorum, & fructuum præiudicium, talemque præsumi fuisse semper mentem, & intentionem Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum prædictorum, ac respective nostram fuisse, & esse quovis modo prædicta, & quæcumque alia præiudicialia nunquam approbandi, seu confirmandi, nisi de prætensa approbatione, vel confirmatione apostolicis constitutis ex prædictis regestis apostolicis, vel aliis iuxta formam prædictæ alterius constitutionis nostræ: quinimodo omnia, & singula præiudicialia fuisse a sacris canonibus, constitutionibus apostolicis, & conciliis etiam universalibus, præsertimque a prædicta Bulla in Cœna Domini legi solita, respective reprobata, ac damnata, prout etiam ad abundantiorum cautelam tenore presentium reprobamus, & damnamus, beneplacitaque apostolica per prædecessores nostros, & Nos hæcenus denegata fuisse declaramus, sicut etiam harum vigore denegamus, & quatenus foret opus, omnia, & singula præiudicialia prædicta, omniaque alia, si quæ sint, irritamus, & annullamus, ac respective revocamus, cum inde secutis quibuscumque præsertim intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, & observantiis, ac usibus, & consuetudinibus, quantumvis longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama privilegii apostolici, quas, & quæ illicitæ, irrationabiles declaramus, & pro reprobatis, illicitis, irrationabilibus, irritis, & annullatis perpetuo haberi volumus, decernimusque, & damnamus, ita quod imposterum illa, & illæ non possint unquam in iudicio, nec extra iudicium a quocumque quomodolibet allegari, deduci, probari, nec ab aliquo admitti ad quæcumque effectum, & quatenus opus foret adversus illos, illa, ac alia, quacumque quomodolibet præiudicialia harum serie eandem Sedem apostolicam, Romanamque Ecclesiam, & ecclesias inferiores, ac personas ecclesiasticas quascumque plenarie, & plenissime ex iustis causis Nobis benevisis, ac si ita nunquam extitissent, in integrum, & pristinum, in quo antea erant, statum restituimus, reponimusque, ac reintegramus, præiudiciaque huiusmodi, ne imposterum perpetuis futuris temporibus fiant, etiam interdiximus, & prohibemus.

§. 10. Insuperque cum etiam Nobis innoverit, quod aliquando in provisionibus ecclesiarum cathedralium, metropolitanarum, primatialium, patriarchalium, aliisque gratis, & dispositionibus apostolicis fuit ob incuriam quorundam Sedis apostolicæ, seu Romanæ Curie officialium inadvertenter in præiudicium liberæ provisionis earum narrata, vel etiam forsitan de facto admissa, presentatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantumlibet, ut præmittitur, qualificati, absque eo quod de ejus jure presentandi, nominandi, vel supplicandi constitisset, & aliquando prædicta seu alia eidem Sedi apostolicæ narrativa præiudicialia fortasse in prætense ecclesiarum ultimo statu, aut aliis de libera provisione etiam per litteras erectionis, aut alio modo appareret, seu constare posset, aliquando etiam in provisionibus ecclesiarum pro cultu divino, & ipsarum ecclesiarum felici gubernio apponuntur diversa decreta, quæ per obitum provisorum, vel aliis asseruntur expirasse, cum nihilominus perdurare debeant, donec fuerint adimplenda.

§. 11. Quandoque etiam in concedendis facultatibus, indultis, seu aliis gratis per Sedem apostolicam etiam Regibus, & Principibus, Rebuspublicis, seu Dominis, ac Feudatariis, quomodolibet qualificatis, & speciali expressione dignis concedi solitis, in quibus iuxta antiquum